



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

[Li. Claudus curatur.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

C A P V T L.

Cæcus lumine donatur.

HT Ecclesia parochialis Ecclesiae B. Petri in veteri Castro contigua. Iuxta quam residens cæcus quidam, audiuit concentum popularium in reparacione cuiusdam ægri deuotissimè congratulatum. Erat autem hic de terra, & de gente Sclavorum: quibus simplicitas, vel irrationabilitas, prauitate quadam ingenij, naturalis est adeò, vt vix vel tenuem fidei videantur habere scintillam. Quærit ergò causam talis concentus. Cui, cùm pro sanatione languentis hæc fieri, indicatum esset, ait: *Iste HEINRICKUS Teutonicus cum sit, solus Teutonicus gratia sua præstat subsidium: Mibi verò, genti q[ue] me & hominibus nihil unquam beneficij contulit. In risum ergo, qui aderant, excitantur. Quidam verò sanioris animi, vt Ecclesiam petat pro salute sua rogaturus, adhortantur. Ductus itaq[ue], vbi reliquæ Beati Confessoris seruabantur, humili prosternitur: Et paulò post pietatem Teutonicici, Sclausus ipse, quam negari sibi querebatur, experitur. Cœperunt enim ab oculis eius albedines in modum squamarum auelli, optatumq[ue] lucis suffragium in eo redintegrari. Vnde gens illa, quæ vt dixi, rustica simplicitate, & fidei pusillanimitate se sperni arbitrabatur, hoc beneficio, fiducia, speq[ue] resumpta, ultra omnes Beatum HEINRICUM studio deuotiori venerabatur.*

C A P V T L I.

Claudius curatur.

CVIUS rei, quam dicturus sum, tot ferè testes habentur, quot fratres, qui tunc temporis fuere, apud prefatam B. Petri Ecclesiam inueniuntur: qui eam tanto fidelius, quanto verius agnouisse contigit, attestantur. In quadam eorum villa ciuitati proxima, rusticus quidam, graui taetus infirmitate, officium pedis vnius amiserat, adeoq[ue] arentibus neruis ac carne præ mortua emarcuerat, vt humana solertia, vel studio in eo recuperari sanitatem, tam ipsi,

ipſi, quām omnibus eum intuentibus, impossibile videretur. Vnde, quod ab homine fieri desperabat, ab eo, cui nihil est difficile, sed ſolus restaurat vniuersa, per Beati HEINRICI patrocinium, fide firma, ſpe ſolida, quarens; cuius misericordia ianuam fletibus affiduis, ieuniis crebris pulsauit, & tandem in formam pristini gressus reſtitui meruit.

C A P V T L I I .

Mulier ſurda & muta & audiendi & loquendi facultatem recipit.

Npago quodam miliari uno à Merleburgensi caſtro diſtante, mulier ſurda & muta ab exordio na- tivitatis ſuæ, à propinquis & ciuibus, miſericor- dia ſinu fouebatur. A quibus, ad Eccleſiam per- ducta, nutribus & ſignis, quibus erga eam uti poſſible fuit, ante beati Confessoris reliquias prona ſterni uidebatur. Sed illa iumento inſipienti ſimilis, pro ſe nil rogarē nouerat; vel quod eſſent reliquiae, aut quid gereretur, penitus neſciebat: cui ta- men fidelium pro ſalute eius in commune ſupplicantium o- ratio, fidesq; ſubueniebat, & per Beati HEINRICI ſuffragia, ut ipſa poſtea teſtabatur, in utroq; corporis officio reformari meruit ex integro.

C A P V T L I I I .

Ignis urens, ſed non comburens.

Vm excubia ſacrae à fidelibus circa theſaurum in- comparabilem ſine intermissione fierent, ita ut aliis recedentibus, aliis venientibus, die no[n] aūq; fores Eccleſia non clauderentur, custos Eccleſiae; inter oues, lupos, ſub vellere ouium latentes, non facile agno- ſci conſiderans, auferri furtim reliquias metuebat. Ad quod p̄r̄cauendum ex quadris lapidibus, factō ſati habili recon- ditorio, eas in illo locauit. Cui etiam oſtiolum ex pinoo, quod, cauſa poſcente, claudi & aperiri poſſet, imposuit. Nocte ergo quādam, infra Curſum, matutinū lumen incautius eidem ap-

H 3

ponens.

